

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

58. An saltem dicta irregularitas veræ bigamiæ sit dispensabilis ab  
Episcopo quoad Ordines minores, & simplex beneficium? Et notatur posse  
Episcopum dispensare in bigamia similitudinaria cum eo, qui ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

# Quoad Absol.& disp.&c. Ref. LVII.&c. 329

per culpa; y siendolo puede en ella el Obispo lo que  
en las demás irregularidades; que provenien de  
dolos.

1. Si por lo menos pueda el Obispo dispensar en  
la verdadera bigamia, para que el bigamo pueda rece-  
ver Ordenes menores, y beneficios simples; tampoco  
en el del credo; y es tambien dudoso, y remido entro  
los Doctores. Villalobos, y otros Autores son de pa-  
recer, que ni en la bigamia verdadera, ni interpretati-  
va ni para recibir Ordenes menores, ni excommunicar las  
recibidas, ni para beneficios simples puede el Obispo  
dispensar con el bigamo. Si bien Sanchez, y otros mu-  
chos con mas probabilidad defienden lo contrario: lo  
que admite Villalobos, quando huviere alguna ver-  
ginitaria causa para dispensar. Hucfique prædictus.  
Machado. Sed ne deferas recognoscere meipsum  
siqua. Et haec dicta sufficiunt circa præsentem.  
Tradatum in gratiam Dominorum Episcoporum  
elaboratum; sed pro eius coronide satis in lignum pra-  
dicabilem difficultatem discutiendum vitum est hæc  
et apponere; Ideo quarto.

## RESOL. LVII.

An aliquando irregularitas orta ex bigamia vera,  
& interpretationis sit dispensabilis ab Episco-  
po?

Et pro præcis huius questionis adducitur singularis, &  
specialis causa.

Et an Prelati Regulares in vera bigamia possint  
cum suis subditis absolute iuste & post suscep-  
tum Ordinum dispensare? Ex p.7.ii.11. & Milc.2.  
Ref.43.

5. Liquos casus secundum mentem Ioannis  
Apæpositi adduxi in part. 4. tract. 2. reso-  
l. 61. nunc & alium adducam secundum mentem  
Stephani Bauni, in Theolog. Moral. parte secunda,  
leg. tractatu undecimo, quaest. 59. vbi sic ait: Sit pro exem-  
pli yir quidam, qui cum procul ab ea prouincia de-  
get, quam modò incollerit, & in qua domicilium sibi  
ad tebus sibi constitutus habi virgines copulatus  
vixit, quibus fato sunt factis, bona se fide ordinandum  
Episcopo obtulit, impedimentum sui ad suscipiendo  
ordines occidere Bigamia nescius, de hoc homine  
contendo, ci ab Episcopo facultatem concedi posse,  
vendi ordina suscepito Sacerdotij cum hac Bi-  
gamia.

2. Primum, quidquid Pontifici in universa Ecclesia  
ad animarum bonum & commodum, ius naturale ac  
humanum vult concessum, id Episcopo in sua Dio-  
cessi, cum est necesse, nisi Papa sibi id speciali san-  
ctione referuerit, tentare, ac facere est permisum.  
Sed pro casu præsenti facit necessitas, periculum sci-  
licet amittendæ famæ ac opinoris, quam de sua vir-  
ture, itaque innocentia, præclaris suis factis, apud  
plebem obvinit, si à dicenda Missa prædictus Sacer-  
dos, dum populi offensa abstinet, in eam enim  
veniente poterit, quid piam in eo subesse culpa,  
quam obrem ad facia Missarum solemnia pro extor-  
rum more, non nisi raro, ac infrequenter, audeat ac-  
cedere.

3. Et quanquam ab ordine repellatur Bigamus in  
capite superius & capite extremo de Bigamia, & a Con-  
cilio Nicano, vult in Epistola Divi Ambrosij 82. in  
Can. 1. Concil. Arelaten. tertij sub Leone Primo, in  
Capite primo, Concil. Romani sub Hilario, His-  
panis secundi circa tempora Honorij, & Sisebuti Re-  
gis Canone quario, & Apostolotum 17. vbi si quis post  
bigamia, secundis fuerit nuptiis copulatus, aut con-  
cubinam haberit, vetatur Episcopus esse, vel Pre-  
tom. IIII.

byter, aut Diaconus, aut presbus ex numero eorum  
qui ministerio sacro deseruunt; si haec tamen statu-  
ta vim suam omnem, ea severitate, quæ sunt concep-  
ta, in istum exercerent, de quo fit in questione men-  
tio, in operum eius exitium haud dubie cedentem,  
cum perpetuæ facis eum altaris carere etiam fama  
fue detrimento esset necesse, aut certe non modico  
tempore, nempe dum Roma istius impedimenti dis-  
penlatrices venient literæ, quod quam à Christi  
Romanique Pontificis beniginitate absit, in eorum  
opinione relinquo, qui potestatem condendarum  
legum, datum ei ad Catholicæ plebis commodum  
nuntiat, nullo modo ad exitium; fidem ergo omnem  
soperat, velle Pontificem in hac istius Presbyteri, de  
quæ nobis est sermo, necessario tempore, Episcopo  
facultatem omnem ademptam esse, dispensandi in  
eius impedimento.

4. Secundo, qui Canones contra Bigamos, sunt à  
Concilis, aut Romanis Episcopis scripti; eos à sus-  
cipiendo ordinibus prohibent, nullo modo à suscep-  
torum usum eos ergo committit Episcopus, si or-  
dinato cum impedimento Bigamia, ordinum suo-  
rum usum patiatur aut velit esse librum.

5. Tertio, in Pape, Conciliorum legibus dis-  
penfare potest Episcopus cum est necesse, nec fa-  
cilius est in Vitem, Papamque transitus, ita culpas  
lethalas, graues, & acerbas, qua viuuntur iuriis in Bul-  
la Coenæ sibi Pontifex leponit, in necessitate, pec-  
nitentia condonat Episcopos, secundum doctrinam  
Henriquez libro sexto de pœnit. capite decimo-sexto  
numero primo, & capite nono, numero septimo. Similiter  
cum res, temporisque exigunt, nec facilis est ad  
Papam recursus, dispensari in impedimentis mari-  
monii, vt notarunt Sauch. libro secundo de Matrim.  
dispi. 40. num. 2. & seq. Coninch. de Sacramenti. Mari-  
monij, & alij. Sed res haec amba faciunt pro Sacerdo-  
te, de quo est questione, ergo ei concedi per Episco-  
pum poterit, vt in suscepito ordine ministret, eaque  
præstet omnia, que facere Sacerdotibus est in more.  
Hucfique Baunius, quæ secundum eius mentem di-  
cta est volo.

6. An vero in vera Bigamia possint Prælati Re-  
gulares dispensare cum suis subditis absolure ante &  
post susceptionem Ordinum, vide Bordonum in  
Consilis regular. sol. 11. n. 35. in fine vbi affirmati-  
vum sententiam tenet, quod etiam docet Baunius vbi  
siqua quaest. 68.

## RESOL. LVIII.

An saltem dicta irregularitas vera bigamia sit dis-  
pensabilis ab Episcopo quoad Ordines minores, &  
simples beneficium?

Et notatur posse Episcopum dispensare in bigamia si-  
militudinaria cum eo, qui contraxit cum Virgine,  
secus si contraxit cum vidua, vel duplex iniit  
matrimonium. Ex p.4. tract. 2. Ref. 62.

6. 1. Negatiuam sententiam tener Villalobos  
tom. 1. tractat. 21. diff. 31. num. 13. Tur-  
rianus de censur. lib. 9. disputat. 70. dub. 5. Bizoze-  
rus in summa tract. de censur. cap. 2. num. 7. Squil-  
lante de priuilegiis Cleric. cap. 4. dub. 6. num. 97. & ali  
penes ipsos afferentes Episcopum non posse dispen-  
sare cum bigamis in bigamia vera, vel interpretati-  
ua, non solum ad Ordines minores suscipiendo, sed  
neque ad vium suscepitorum; & ratio est, quia  
Episcopus non potest dispensare in lege Pontificis,  
nisi in casibus iure concessis; sed ius excludens biga-  
mos ab omnibus Ordinibus latum est à Concilio  
Nicano, teste D. Ambroso epist. 82. ergo, &c.

Ecc 3 Deinde

Sup. hoc su-  
præ proprie-  
tatem Ref. 55.  
& in aliis  
eius vitimæ  
annor.

### 330 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

Dicinde in cap. viii, & cap. vii. de bigamia, negatur illis potestas fuscipendi Ordines minores.

2. Non desunt tamen DD. affirmatiuum sententiā tenentes, vt Petrus Cotnejo in 3. part. D. Thome tract. 5. de irregular. disp. 10. dub. 1. quaf. 5. Comitulus in responsonor. lib. 1. q. 106. Sanchez de matrimon. lib. 7. disp. 86. num. 11. Atila de cens. part. 7. disp. 7. dub. 4. Azorius part. 2. lib. 5. cap. 20. quaf. 2. Miranda in Manual. Pralat. tom. 2. quaf. 8. art. 2. concl. 2. Sayrus de cens. lib. 6. cap. 6. num. 11. & alij penes ipsos, quibus adde nouissimè Mauricio Almedo in praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 52. Ioan. de la Cruz in director. part. 2. de regul. dub. 1. conclus. 1.

3. Sed tu ne recedes à negativa sententia, quia ita declarauit sacra Cardinalium Congregatio, vt testatur Piafecus in praxi part. 1. cap. 1. art. 10. n. 11. Armendar. in recipil. ad leg. Navarre lib. 2. tit. 19. num. 16. Garzias de benef. tom. 2. part. 7. cap. 6. num. 5. Mollesius in summa tom. 1. tract. 6. cap. 7. num. 28. de Vecchis in praxi nouiss. disp. 9. dub. 15. n. 2. Tamberinus de iure Abbatum tom. 2. disp. 7. quaf. 3. n. 2. Nouarius tract. de eleit. fori quaf. 52. num. 25. Leo in thesaur. fori Eccles. part. 2. c. 8. n. 36. & ita etiam fuisse decimus in Curia Archiep. Neapolitana, testatur Riccius part. 4. decis. 331. numer. 8. in fine.

Sup. hoc pri-  
mo delicto no & alii. DD. supracitatis posse Episcopum dispensin-  
to 5. tr. 5. fare in bigamia similitudinaria cum eo, qui contra-  
pro secundo delicto cum virgine, contra Maiolum lib. 1. de irregular.  
delicto infra cap. 33. num. 7. Secus si cum vidua, vel si duplex init  
in Ref. leg. Matrimonium, contra Palatinum in 4. disp. 27. disp. 4.  
§. His post & Henriquez lib. 12. cap. 6. num. 11.

#### RESOL. LIX.

Si quis contraxisit bigamiam cum vidua, vel accessit ad propriam vxorem, postquam illa adulterium commisi, an posset petere dispensationem huius irregularitatis ad Episcopo?

Et quid si res adulterii sit occulta?

Et supponitur esse irregulariter ex bigamia interpre-  
tatione, si contrahas cum vidua, que prius matrimoniū consummaverat, & idem si contrahas cum corrupta ab alio; & si accesseris ad propriam vxorem, postquam adulterium commisi, tamei à principio virgo accepta fuerit.

Et quid est dicendum, si vir ignorans coniugis adul-  
terium, illam carnaliter bona fide cognovis?

Idem est, si à principio existimans ducere virginem, du-  
xeris corruptam.

Et quid, si maritus per censuras cogatur reddere  
debitum?

Et etsi, an Episcopus possit dispensare in irregulari-  
tate, quam contraxisit Sacerdos, qui post mortem  
vxoris legitima existens in sacris, tenet aliam vxori  
accipere, & quam Subdiaconus contraxisit du-  
cens viduam?

Et an laicus contrahabat irregularitatem ineundo matrimoniū cum dubia invaliditate; vel cum una validē,  
& cum alia invalidē, vel invalidē cum vidua?

Et breueri docetur posse Episcopum cum bigamia  
propriis dispensare ad minores Ordines, & ad be-  
neficiū simplex. Ex parte 10. tract. 11. & Misc. 1.  
Resol. 25.

¶. Vppono esse irregulariter ex bigamia inter-  
pretatione, si contrahas matrimonium cum  
vidua, que prius matrimonium consummaverat. Et  
idem est, si contrahas cum corrupta ab alio; vt deci-

ditur cap. Precipimus, disp. 3. 4. & cap. Si quis viduam  
50. & cap. Debitum de Bigamia. Secundò suppono,  
quod hæc bigamia interpretatione contingit per ac-  
cessum ad propriam vxorem, postquam illa adul-  
terium commisit; tamei à principio virgo accepta  
fuerit. Sicut habetur cap. si Laici 34. disp. & tradunt  
omnes Doctores apud Suarez, disp. 49. sect. 3. n. 15.  
Sanchez disp. 84. num. 15. & Augustinum Barbosam  
alleg. 49. num. 8. Ratio est, quia maritus, cognoscens  
vxorem ab alio corruptam, maritus corrupta nun-  
cupatur, id est perinde iudicandus est, ac si cum  
corrupta contraheret.

2. Difficilis verò est, an hæc irregularitas con-  
trahatur, si ignorans coniugis adulterium, illam car-  
naliter cognoveris; Et idem est, si à principio existi-  
mans ducere virginem duxeris corruptam. Negant  
Petrus de Ledesma, de Marim. quaf. 66. art. 3. col.  
penult. & Emanuel Sà, verb. irregularitas bigamia,  
n. 3. Moueri possum, quia actus, ob quem irregulari-  
tas contrahitur, debet esse actus ad hominem, quatenus  
rationalis est; ac proinde ab illo quatenus ratione vi-  
tur. Cognoscens verò vxorem, ignorans esse adulte-  
ram, nunquam liberè suam carnem diuinit in plures.  
Ergo nunquam fundatum præstitit contrahendi  
hanc irregularitatem. Verum in his casibus irregula-  
ritatem contrahi, docent Doctores communiter,  
Atila 7 p. disp. 8. dub. 1. vers. Tertio modo Sanchez lib. 7.  
disp. 84. n. 15. Paulus Layman lib. 1. Summ. tract. 5. p. 5.  
cap. 6. num. 3. & alij innumeri ad ipsos. Quippe hac  
irregularitas non in peccam aliquius delicit, neque  
ob infamiam villam personæ sed ob defectum signifi-  
cationis inducta est; qua significatio esse non po-  
test, si maritus corrupta fuerit; quia sicut ipsa mul-  
ier in plures suam carnem diuinit, sic vir illam co-  
gnoscens, censetur in plures suam carnem diuinit.

3. His suppositis quoque an Episcopus possit dis-  
pensare cum iupradictis bigamis; Et probabiliter  
affirmatiue respondet Iohannes Prepositus in 3. part.  
D. Thome, q. 5. de irregularit. dub. 7. n. 138. vbi sic ait:  
Peculiaris difficultas, an Episcopus nunquam possit  
dispensare in irregularitate orta ex bigamia interpre-  
tatione, v.g. si res sit occulta. Aliqui vniuersitatem cen-  
sen non posse, quia hac irregularitas non oritur ex  
delicto, sed ex defectu significationis, vel ex ipso facto  
coniugij attentiæ etiam in invaliditate videtur tam  
improbabile, quod possit in ea, quia oritur ex delicto  
etiam alieno, v.g. in irregularitate quam contrahit  
is, qui cognovit vxorem postquam ea commisit adul-  
terium cum alio, - talis incurrit irregularitatem,  
etiam si adulterium vxoris sit occultum, quia talis ir-  
regularitas verè oritur ex delicto, vt offendimus.  
Item, quod possit in ea quam contrahit Sacerdos qui  
post mortem vxoris legitimam existens in Sacris, tenet  
aliam in vxorem postquam ea commisit adul-  
terium cum alio, - vel inuidit cum vidua. Quam irregulari-  
tatem oritur ex delicto: idque etiam si conetur  
contrahere cum vidua; nam cum Matrimonium sit  
irritum, non inducit irregularitatem ex defectu si-  
gnificationis, sed ex peccato. Tertiò, si Laicus contra-  
hat irregularitatem, ineundo Matrimonium cum  
duabus invalidis; vel cum una validē, cum alia in-  
validē; vel inuidit cum vidua. Quam irregulari-  
tatem oritur ex delicto, tenet Sanchez lib. 7. de Matrim.  
disp. 84. n. 6 in fine, qui pro ea sententia plures citat, &  
disp. 86. n. 12. cenit Episcopum in nostro casu posse  
dispensare. Non est, inquit, improbabile in his, &  
similibus casibus, quando irregularitas est occulta,  
Episcopum posse dispensare, non solum quoad mi-  
nores Ordines recipiendos, vel exercendos, sed etiam  
quoad Maiores, iuxta potestatem ei concessam ad Con-  
cilium Tridentino, seif. 14. c. 6. de Reformat. Posse etiam  
dispensare in irregularitate occulta, quam contrahit  
Subdiaconus, dicens viduam, quia eius irregularitas  
est